

Albert Willebrand

**Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D. Cod. Prof. & Ducal. Consist: Assessor, Ad Solennitatem Sancti Michaelis Angelorum Principis Aliorumque Beatissimorum Spirituum Summa cum devotione recolendam, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos Amice invitat, ac serio adhortatur**

Rostochii: Kilius, [1660]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735634904>

Druck    Freier  Zugang



74.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrandt / U.J.D.**  
Cod.Prof.& Ducal.Consist: Assessor,  
AD  
SOLENNITATEM  
SANCTI  
**MICHAELIS**  
**ANGELORUM PRINCIPIS**  
**ALIORUMQUE BEATISSIMORUM**  
**SPIRITUUM**

Summā cum devotione recolendam,

**Omnes omnium Ordinum**

Cives Academicos

Amicè invitat, ac serio adhortatur.



ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ:

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrand/ U. I. D.**



Vicunq; sanctissimi illius ac primarii Spiritus, nempè Michaelis Archangeli, aliorumq; cœlestium Angelorum naturam, & tūm illius, tūm horum indolem ac genium, vel adumbrare, nē dicam exprimere expetere; ipse me hercule! non humanā, sed ipsius Michaelis Archangeli aliorumq; sanctissimorum Angelorum linguā, ipsorum Seraphinorum ac Cherubinorum ardore flammāq; indigeret. Annē forsitan talēm Archangelum atq; Angelos tibi singes, quales forsitan apud Pictores ac Poetas, səpius cernere licet? Quibus, uti pusionibus formosulis, vultus illustri fulgore circumfusus, crines in cervicem molliter effusi aurō obryzo flavescunt, & lacteī colli nitorem blandissimo sayoniorum Spiritu ventilati percurrunt? Annē tales tibi Angelicos singes spiritus; quibus alæ ex humeris emergunt geminæ; in cœlesti textrinā concinatæ, floridā viriditate, qualis in Pavonibus esse solet, irradiatæ; & quæ aureō, creō, puniceō, cæruleō deniq; colore, mirā admodum temperie variatæ, tot referunt spectantibus pigmenta, quot

quot in Arcu illo cœlesti, cum magnâ animi admiratur voluptate. Annè illos existimabis esse Spiritus, quibus Pictores Tunicam bissinam, elegantissimè confectam, (& quam subtilis denticulati operis limb⁹, circumquaquè excurrens, magnâ vestit cum dignitate,) appingere ac comminisci solent? Absit hæc à te vesania. Talem si Divi Michaelis, aliorumq; Angelorum naturam cogitas, totam vim & illius præcipui Spiritus, & aliorum Spirituum, planè ignoras. Naturam illi subtilissimam, ætheream, quam nulla corporis figura delineat, nulla materiæ labes infuscat, nullus corruptionis nævus aspergit, possident. Et, cum suo supremo Duce, nihil sunt aliud, quam purissimi spiritus. At quis ille Spiritus? Non ex illo igne delibatus, quod Syder a volant, & scriterque axes; Sed præstantissimæ ac præcelentissimæ mentis vigor, tanto expressius, ad illud ineffabile, æternæq; pulchritudinis Exemplar conformatus, quanto deejus limpidissimo ac suavissimo fonte proprius accopiosius respurgatur. Hinc ille omnium ornamentorum insignis quidam decor, & bonorum immortalis affluentia, quam in DEUM Opt. Maximum, conditorem suum, gratissimæ voluntatis ingenuitate, refundunt. Hinc illa incredibilis Spirituum celeritas, telis ipsis è balistis emissis, aquilâ ipsâ contentissimo corporis nisu, acerrimoq; cupiditatis ardore in prædas ruente, ipsò deniq; fulgure, velocissimè per disjunctissima quæquè, tam brevimomento discurrente celerior; quam celeritatem si cum Angelorum conculc-

tuleris celeritate, testudinem cum equo valentissimō  
comparabis. Quid verò prius, per DEUM! in his præ-  
clarissimis miremur spiritibus? annè ipsorum intel-  
ligentiam? cuius beneficio res omnes, nullō negotiō,  
nullō temporis intervallō, sagacissimè pervident; quas  
nos humili ex lutō & argillā fieri, tanto cum labore ad-  
discimus, ægreq; ratiotinando colligimus. Annè illo-  
rum stupendam cognitionem? quâ illi nunc res in  
Deo, tanquam in politissimi candoris speculō vividius  
accensas, nunc in se jam remissas, & veluti dilutō vigo-  
re, minus acres contemplantur. Annè illorum cogni-  
tionis felicissimam constantiam? à quâ, nec ad oculū  
ictum, beatissimis istis mentibus, uti à propriâ vitâ, ces-  
sare licet. Annè eorundem miræ jucunditatis grati-  
am? quos ab ipsis ortus primordiis mirificè à Supremo  
Numine nobilitatos, Vasa quædam cristalina jurè di-  
xeris, ab ipso Universitatis Artifice comparata, omni-  
busq; artis enucleata lenociniis; in quæ immensæ Di-  
vinitatis, Divinæq; beneficentia rivi, tantâ & tam inu-  
sitatâ donorum fragrantia depluerent. Annè ingen-  
tem ac in explicablem illorum gloriam? qui tantarum  
amplitudinem gratiarum consequuti, toti sunt, in su-  
um benignissimum atq; sanctissimum Creatorem, amo-  
ris similitudine transfusi, atq; absorpti. Annè deniq;  
Eximum, Nobisq; sum operè proficuum illorum met-  
officium? At quis illud obsecro exprimat nisi ille, qui  
non humanâ sed Angelicâ est instructus Eloquentiâ?  
Quantum nihilominus eloquii mortalium permettere  
potest

potest imbecillitas; dicendum ingenuè quod sanctissimus Michael post supremum Ecclesiæ præpositum, DEum videlicet infinitæ majestatis, sit communis Ecclesiæ Orthodoxæ tutelaris; quod sit princeps omnium Angelorum, qui post illum infelicissimum Luciferi casum, in veritate, in cultu & amore erga DEum suum, constantissimi permanerunt; quod sit denique cordatissimus ille ac generosissimus Dux, cui datū fuit terribile illud nomen. *Quis ut DEUS?* Quam militarem tesseram, in omnibus suis certaminibus ac præliis, quæ Scriptura Sacra recenseret, S. Michael gerens, illamq; cæteris Angelis velut militibus suis semper assignans, contra quos vis adversarios gloriam Summi DEI, strenue propugnavit, & solius DEI honoris insignis Zelator, virtute hujus sacratissimi Symboli sui: *Quis ut DEUS?* maximas, de DEI hostibus obtinuit victorias, ac gloriofissimos de ipsis, qualibet vice, reportavit triûphos. Et quid jā de aliis beatissimis Spiritibus afferendū erit? sunt fidi terrarū administris; sunt nostræ salutis propugnatores; sunt depulsores miseriariū; sunt auspices felicitatis nostræ; sunt Duces, altores, pædagogi, amore germani, servi obsequiō, auctoritate patres. Quid plura? O luculentissimum Divinæ liberalitatis erga nos documentum! quod nemp̄ tot purissimorum ac ab omni labe corporeâ secretorum Spirituum myriades, nō solum in nominis Sui sacratissimi celebritatem, sed etiam in ministerium & officia nostra creaverit. Qui, non obstante naturæ suæ Angelicæ eminētiā,

tiâ, nobis; & quibus nobis ex imbecilli corpore cōm-  
pactis, fragilibus, nudis, iuapre naturâ inermibus, alien-  
nâ opis indigentibus, ministeria saluberrima ac fidelis-  
sima exhibent. Illos nobis (ô immensam gratiam)  
maximus mundi Opifex, ab ipso vitæ exordio, continu-  
os vitæ custodes clementissimè adjunxit, & illis ipsis  
seriò mandavit, ut custodiant nos in omnibus viis nostris. Et  
nos in manibus portent propriis; nè forte vel minimum pedis  
digitum ad lapidem offendamus. At ô quantam nobis (uti  
cum mellifluo Bernhardo Serm. 80. loquar) Divinum  
hoc munus, prô Angelorum præsentia debet inferre re-  
verentiam? quantam prô eorum benevolentia afferre  
devotionem? quantam prô eorum fidelissimâ custo-  
diâ conferre fiduciam? O quam magna, (ut cum D.  
Hieronymo super Matth. 8. scribam) dignitas anima-  
rum fidelium, ut una quæq; habeat ab ortu nativitatis,  
prô custodiâ sui, Angelum deputatum. Quemadmo-  
dum quidam Poeta Christianus piissimè cecinit:

Grandis honor animæ est quod quævis unam inservit,  
Custodemq; sui, de cælo, nocta sit unum.

Quis etenim, ex hominum ordine reformidare poterit  
aliqua pericula? si jam eorum spirituum stipetur præ-  
sentia, quorum vel ipsum vocabulum, non tam naturæ  
quam officii esse, eleganter Gregorius in Homil: affir-  
mavit; qui (ut Isidorus de summo bono inquit) sunt  
ministri Dei, & ex Divino mandato sunt Ministri no-  
stri; sunt corporum nostrorum tutores; sunt ad mini-  
sterium humanæ salutis destinati; ut omnia admini-  
strent,


strent, & regant, jussu solius Dei; qui non contentus  
mutorum (ut Bernhardus more suo eleganter serm. 12.  
in Psalm. 91. scribit) fragilitate, illis ipsis, quanquam ho-  
minum custodibus, Angelorum supposuit custodiā;  
qui uti excubitores vigilantissimi, viribusq; divinis  
prædicti, nostro semper adhærent lateri; dicta, facta,  
consiliaq; nostra, ad optimum dirigunt finem; in peri-  
culis infinitis ac calamitatibus, (quibus expositi su-  
mus,) nos potenter defendunt, strenuasq; contra Dia-  
bolorum, aliorumq; hostium insultus, nobis præbent  
suppetias. Quod, si quis temerè indubiū vocare audeat:  
Dicat quæso qui Lothum, cum Deus Civitates, Sodo-  
mam ac Gomorrham, igne & sulphure subverteret, ex  
flammis ultricibus incolumem eduxerunt? Spiritus  
Angelici. Qui Viros tres à Rege Nebucadnezare vin-  
ctos, & in medium ignis projectos servarunt; ita ut nè  
capillus capitis eorundem, à flammâ tangi potuerit?  
Spiritus Angelici. Qui ora Leonum obturarūt, nè quid  
Danieli in foveam eorum conjecto nocere potuerit?  
Spiritus Angelici. Qui Petrum catenis obligatum cin-  
ctumq; militibus solverunt, & ex carcere salvum extra-  
xerunt? Spiritus Angelici. Qui sunt, qui tot flagitia, tot  
dedecora, tot discrimina à nobis avertunt? Spiritus  
Angelici. Qui sunt, qui Regna, urbes, oppida, pagos,  
homines, ab omnibus intortuniis, mandato Dei, præ-  
servant, qui è bellis truculentissimis, Respublicas vin-  
dicant? Spiritus Angelici. Prò quorum fidelissimâ &  
assiduâ custodiâ, Supremum illum ac clementissimum

Deum

Deum religiosissime adoremus, ardentibusq; eundem  
solicitemus votis, nè nobis, ob nostrani ingratitudi-  
nem atq; impietatem, Angelorum horum ministro-  
rum, tutelam proficiam, tutelam preciosissimam, tu-  
telam suavem & jucundam subtrahat. Nè autem Nos  
ipsi, propriâq; culpâ, à tam dulci ac conducibili Ange-  
lorum Sanctorum consortiō, divortium faciamus. Vi-  
vamus in primis, in continuâ peccatorum pœnitentiâ;  
quia gaudium est in cœlo coram Angelis, vel unicō pecca-  
torere sibi pœnitentia. Agamus CIVES ACADEMIÆ vitam,  
virtutibus, quib⁹ integerimi Angeli delectantur, con-  
spicuam. Caveamus omnia scandala, nihilq; magis,  
quàm impuritatem, contumaciam, superbiam, lu-  
xuriā, aliaq; criminā detestemur; (à quib⁹ maximo-  
perè mundissimi hi spiritus abhorrent, divinitus atq;  
cœlitus, ad nostra, in hâc caducâ miserâq; Vitâ, obse-  
quia deputati;) ut eosdē, in illâ quoq; æviternâ, nulloq;  
felicitatis modo circumscriptâ vitâ, induvlos, atq; in  
omnem ac immensam æternitatem, socios habeamus;  
ut incomprehensam illam Majestatem Divinam, simul  
cum lucidissimò eorundem chorô celebremus, canen-  
tes illud in sempiterna secula *T. Exodij. nov.* Sanctus, San-  
ctus, Sanctus, Dominus DEUS Zebaoth. P.P. Rostochii  
Sub Sigillo Rectoratus, ipsô sanctissimi Michaelis  
die, Anno Salvatoris 1660.



strent, & regant, justu solius Dei; qu  
 murorum (ut Bernhardus more suo c  
 in Psalm. 91. scribit) fragilitate, illis ipsi  
 minum custodibus, Angelorum supp  
 qui uti excubitores vigilantissimi, vi  
 præditi, nostro semper adhærent lac  
 consiliaq; nostra, ad optimum dirigu  
 culis infinitis ac calamitatibus, (qu  
 mus,) nos potenter defendunt, strenu  
 bolorum, aliorumq; hostium insultu  
 suppetias. Quod, si quis temerè indubi  
 Dicat quælo qui Lothum, cum Deus  
 mam ac Gomorrah, igne & sulphur  
 flammis ultricibus incolumem edux  
 Angelici. Qui Viros tres à Rege Neb  
 etos, & in medium ignis projectos ser  
 capillus capitis eorundem, à flammatâ  
 Spiritus Angelici. Qui ora Leonum ob  
 Danieli in toveam eorum conjecto n  
 Spiritus Angelici. Qui Petrum cateni  
 etumq; militibus solverunt, & ex carc  
 xerunt Spiritus Angelici. Qui sunt, q  
 dedecora, tot discrimina à nobis ave  
 Angelici. Qui sunt, qui Regna, urbes  
 homines, ab omnibus intortuosis, ma  
 servant, qui è bellis truculentissimis,  
 dicant Spiritus Angelici. Prò quor  
 assiduâ custodiâ, Supremum illum ac



tentus  
 erim, 12.  
 am ho  
 diam;  
 divinis  
 , facta,  
 n peri  
 sici su  
 a Dia  
 ræbent  
 udeat:  
 Sodo  
 ret, ex  
 spiritus  
 re vin  
 aut nè  
 erit?  
 è quid  
 erit?  
 m cin  
 extra  
 ia, tor  
 spiritus  
 pagos,  
 , præ  
 as vin  
 imâ &  
 imum  
 DEUM